



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.  
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate  
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In  
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

**LePrévost, Jean**

**Dvaci, 1629**

Qvæstio VIII. De gratia Christi secundum quod est caput Ecclesiæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)



sententiam non ita facile probari, à qua tamen non iudico recedendum, quia saltem aliqua argumenta probabiliter eam suadent, & pro alia parte nihil potest afferri quod non possit commodè solui. & cum Deus iuxta communem sensum Patrum decreuerit omnia creare in mensura, numero & pondere, quidquid sit de ea questione, an dari possit infinitum in rebus creatis.

**Obiectio** Obijcies tamen quod gratia Christi videatur esse infinita ex illo Ioannis 3. *Non enim ad mensuram dedit Deus spiritum*, quo videtur significari Deum Patrem dedisse Filio gratiam infinitam.

**Solutio** S. Th. responsione ad 1. tres adhibet solutiones, quæ doctrinam quidem veram continent non tamen videntur conformes textui; unde illis omis-  
**Obiectio** **Aliter respondetur.**

**Resp.** nihil ex prædicto loco posse colligi, quia sensus illius sententiæ est, quod Deus nobis dedit Filium suum & proinde non dedit nobis gratiam limitatam. Videri potest Toletus in hunc locum.

## ARTICVLVS XII.

*Virum gratia Christi potuerit augeri?*

**101.** **S**UPPONIT gratiam habitualement in Christo esse finitam; quo posito, ratio dubitandi est quod videatur Christum potuisse recipere gratiæ augmentum, cum neque ex parte ipsius formæ, neque ex parte subiecti quidquam videatur ob-  
**Obiectio** **Aliter respondetur.**

**Resp. neg.** Respondet tamen quod ea non potuerit augeri, quam doctrinam videtur intelligere de lege ordinaria; & ita intellecta est communis Theolo-  
**Hieron.** **August.** **Damasc.**

**Cur gratia Christi augeri non potuerit.** Probat duabus rationibus. Prior petitur ex fine ad quem gratia ordinatur; gratia habitualis in Christo ordinatur ad vniõnem cum Deo in vni-  
**Cur gratia Christi augeri non potuerit.**

Conf. non est vlla repugnantia ob quam ab ini-  
**Cur gratia Christi augeri non potuerit.**

2. Ratio petitur ex parte status Christi: Christus à primo conceptionis instanti fuit beatus, & respec-  
**Cur gratia Christi augeri non potuerit.**

**102.** **Q**uo scilicet Christus subiiebat sapientia & aitate & gratia apud Deum & ho-  
**Cur gratia Christi augeri non potuerit.**

fos actus verè profecit coram Deo, quamuis ipsi habitus ratione operum nullum susceperint incre-  
**103.**

Petes an per potentiam Dei absolutam gratia & virtutes in Christo augeri non possint? Magna est hac in re sententiarum diuersitas, vt videre est apud Vasquez disp. 47. cap. 2. Sed  
**104.**

**Resp.** breuiter posse, vt communius docent re-  
**105.**

## ARTICVLVS XIII.

*Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad vniõnem?*

**R**ESPONDET vniõnem hypostaticam natu-  
**106.**

## QVÆSTIO VIII.

*De gratia Christi secundum quod est caput Ecclesia.*

## ARTICVLVS I.

*Virum Christus sit caput Ecclesiæ?*

**R**ESPONDET affirmatiue, quod est de fide; traditum ab Apostolo ad Ephes. 1. dicente, & ipsum deum caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. cap. 5. vir est caput mulieris sicut Christus est caput Ecclesiæ.  
**107.**

Porro vt tradit S. Thom. in corpore, hac meta-  
**108.**

Hæc omnia optimè tribuuntur Christo respec-  
**109.**



mines deriuatur, saltem post peccatum originale, atque ita iuxta hanc analogiam strictè est caput Ecclesie ex hominibus congregata post peccatum originale.

Aduerte Christum esse caput omnium viatorum etiam peccatorum, imò & infidelium: quia peccatores fideles ab eo recipiunt saltem sensum spiritalem, scilicet fidem, imò & multa auxilia actualia, quibus excitentur ad peccatorum detestationem. Infideles licet non sint actu membra, sunt tamen potentia, qui quamdiu sunt in hac vita, possunt eius influxum recipere, & interdum recipiunt: vnde etiam respectu illorum Christus est caput.

Communitur petitur an sicut Christus dicitur caput Ecclesie, ita dici possit membrum?

Aliqui censent dici posse; alij distinguunt; si enim Ecclesia sumatur pro collectione aliquorum etiam comprehendendo ipsum caput, dicunt posse vocari membrum; si verò Ecclesia seorsim sumatur à Christo non posse dici membrum.

Sed quamuis res hæc sit parui momenti, commodius tamen negatur; quia communi conceptu membrum importat imperfectionem & dependentiam ab alijs membris, quod non debet Christo tribui. Adde Ecclesiam nunquam sumi ab Apostolo ut comprehendit Christum, sed ut corpus quoddam ab eo distinctum, ut patet ex locis citatis; & totum corpus Ecclesie dicitur acquisitum sanguine Christi.

Nec obstat quod caput naturale sit pars corporis physici: quia metaphora capitis sumpta est ab eo quod est perfectioris in capite naturali, non autem ab eo quod est imperfectioris, quemadmodum quando Christus dicitur leo, metaphora ducitur à fortitudine & generositate, quæ in vero leone reperitur, non verò ab imperfectiore quæ inest leoni, quia est animal.

Dices Apostolus 1. ad Cor. 12. dicit, *vos estis corpus Christi & membra de membro*; ergo Christus est membrum Ecclesie.

Resp. negando conseq. quia omnis varijs explicationibus vera sententia illius loci est, vos estis tantum membra vnius corporis, ut optime explicat Cornelius in eum locum. Cum enim ostendit Apostolus summam esse coniunctionem inter membra corporis humani, & vnumquodque suo gradu & ministerio esse contentum, hortans Corinthios ad vniorem, societatem & concordiam, & ut vnus alteri non inuideat, docet illos esse corpus Christi, & vnumquemque particularem esse membrum partiale illius corporis mystici; vnde sequitur quod vnus alteri non debeat inuidere, nec debeat suum auxilium ei denegare, quemadmodum membra in humano corpore sibi mutuo subsidium non negant.

Aduerte quod licet Spiritus Sanctus influat etiam in homines virtutē supernaturalem, aptius tamen comparetur cordi, ut S. Th. responsione ad 3. quia quemadmodum influentia cordis est magis occultata, ita & influentia Spiritus Sancti: influentia verò Christi secundum naturam visibilem est manifestior, & ita aptius comparatur capiti; Christus autem dicitur caput Ecclesie etiam secundum humanam naturam, seu secundum quod homo, idque intendit S. Th. hic, ut patet ex initio argumenti primi & ex responsione ad 3. quod etiam intendit Apostolus ad Ephes. locis citatis.

ARTICVLVS II.

*Verum Christus sit caput hominum quantum ad corpora, vel solum quantum ad animas?*

**R**ESPONDET esse quantum ad vtrumque. Notandum duplicem sensum huius articuli assignari ab expositoribus, & vtrumque conformem S. Thom. ut patet ex corpore, & verum.

1. Ut Christus non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus sit caput hominum, quia scilicet opus nostre redemptionis per suam carnem perficit, atque adeo virtutem & influxum in nos per corpus suum deriuauit, imò eius corpus in Eucharistia in nos influit.

2. Ut non solum sit caput hominum quoad eorum animas, sed etiam quoad corpora; quia nostra corpora per gratiam & virtutem Christi sunt instrumenta honorum operum, & exhibentur tanquam membra iustitie in sanctificationem. Adde quod beati in resurrectione sint recepturi corpus gloriosum ex Christi meritis.

ARTICVLVS III.

*Verum Christus sit caput omnium hominum?*

**R**ESPONDET esse omnium, præterquam damnatorum, & quidem de damnatis patet, quia nullam in hos virtutem spirituales influit, cum iuxta diuinam dispositionem eius sint incapaces.

Alij diuersimodè ad eius influxum comparantur. Beatis influit perfectissimè & inseparabiliter vitam spirituales; viatoribus iustis, qui per charitatem illi inhaerent, influit quidem vitam, non tamen inseparabiliter, quia ex status sui conditione possunt ab illa excidere & charitatem amittere. Quibusdam influit solum sensum, nimirum ijs qui solum habent fidem, quidam alij nihil actu recipiunt, tamen ex sua conditione sunt capaces virtutem spirituales ab eo recipere, suntque eius membra in potentia.

Aduerte per id quod dictum est de duobus personis, non intelligi quod hi nunquam recipient motus ad contritionem concipiendam, & ad actus virtutum, sed solum negari quod fideles peccatores recipient vitam animæ, & quod infideles recipiant fidem; & ita ne quidem sensum spirituales per modum habitus influit in infideles.

Dubitari potest quomodo Christus ut homo influat in sua membra ad quod breuiter

Resp. 1. per modum merentis, de quo conuenit inter omnes.

2. Aliqui existimant physice influere, eo scilicet per suam humanitatem tanquam per instrumentum physicum gratiam producente, quibus videtur fauere S. Thom. art. 1. responsione ad 1. alij id negant, de quo commodius infra.

5.

Duplex huius articuli sensus à DD. adfertur.

6.

Non est Christus caput damnatorum, & quare.

Infideles sunt membra eius in potentia.

7.

Influit Christus per modum merentis.

Quidam putant influere etiam physice.



## ARTICVLVS IV.

*Utrum Christus sit caput Angelorum?*

8.

Christus  
caput est  
Angelorum.Prob. 1. ex  
Ephes. 1.

**P**ETIT S. Th. num Christus etiam quā homo sit caput Angelorum. Ad quod

Respondet affirmatiue; quod etiam censent communiū Theologi, quamuis aliqui id negent.

Prob. 1. ex scriptura ad Ephes. 1. *Suscitans eum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum & potestatem, & virtutem & dominationem, & omne nomen quod vocatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro; & omnia subiecit sub pedibus eius.* Quibus verbis dicitur Christum secundum eam naturam esse supra omnem principatum, &c. secundum quam est suscitatus, & secundum eandem naturam subiecta sunt ei omnia; igitur Angeli subiecti sunt Christo ut homini, & proinde secundum scripturas Christus dici potest eorum caput; nam is cui alter est subiectus, alterius caput est & dici potest. Vnde idem Apostolus subiicit, *& ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius.* Quae sententia licet possit intelligi de Ecclesia hominum, tamen non incongrue sumitur etiam de Ecclesia prout Angelos comprehendit.

Prob. 2. ex  
Patrib.  
Hieron.  
August.

Prob. 2. ex Patribus. Hieron. in locum ad Ephes. citatum. August. concione 3. in Psalmum 36. aliquantō post principium dicente, *ut esset ipse caput totius ciuitatis Hierusalem, omnibus connumeratis fidelibus ab initio usque ad finem, adiunctis etiam legionibus Angelorum, ut fiat una ciuitas sub uno rege.*

9.  
Prob. 3. ratione.

Potest 3. idem probari ratione; ut in ciuitate aliquis dicatur caput mysticum, sufficit ut participet maiorem dignitatis gradum cum aliqua gubernatione; atqui Christus etiam quā homo est praestantior Angelis: licet enim natura humana in se sit inferioris conditionis quam natura Angelica, tamen erecta ad esse personale diuinum per vnionem hypostaticam superat omnem Angelicam dignitatem; cui etiam praereminet supernaturalibus donis gratia. Christus etiam Angelos gubernat quā homo, cum sint administratores spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis; quae autem pertinent ad salutem hominum dispensantur per Christum; vnde dirigit Angelos ad hominum salutem. Addi potest quod eos illuminet.

Vtrum Christus gratiam & gloriam in Angelos influxerit, & proinde etiam hoc modo sit eorum caput, controuertitur inter doctores, de quo agetur in materia de merito Christi.

## ARTICVLVS V.

*Utrum gratia Christi secundum quam est caput Ecclesiae sit, eadem cum gratia habituali eius secundum quod est quidam homo singularis?*

Resp. affir.

**A**FFIRMAT.

Notandum tamen gratiam ratione cuius primò & magis propriè Christus dicitur caput Ecclesiae esse vnionem hypostaticam, ut faciliè patet ex dictis q. 2. & quaest. precedente art. 1. & 11.

nam ex ea ortum est quod humanitas potuerit mereri de condigno & satisfacere, & gratiam & dona spiritualia in alios influere. Nihilominus quia gratia habitualis mediantibus virtutibus supernaturalibus etiam influxit in opera, per quae Christus nobis promeruit ea quae iam retulimus, illa gratia propter coniunctionem sui cum natura hypostaticè Deo vnita, potest aliquo modo dici gratia capitis, atque ita eadem esse gratia secundum quam est caput, & quae illi concessa est ut homini singulari. Prior pars huius doctrinae sumi potest ex S. Th. art. sequente in corpore, dicente, *interior influxus gratiae non est ab aliquo nisi a solo Christo, cuius humanitas ex hoc quod est diuinitatis coniuncta, habet virtutem sanctificandi.*

Christus  
praeterum  
dicitur ca-  
put ratione  
vnionis hy-  
post.

S. Tho.

## ARTICVLVS VI.

*Utrum esse caput Ecclesiae sit proprium Christo?*

**A**FFIRMAT. Patet ex annotatis circa art. praecedentem; quia nulla pura creatura potest habere interiorē influxum gratiae in alios, eo modo quo habet Christus, scilicet ex potestate excellentiae propter vnionem naturae humanae cum diuina. Vnde nulla pura creatura potest esse caput Ecclesiae in eo gradu quo est Christus etiam secundum quod homo. Pontifex etenim solum dicitur caput Ecclesiae, quod tanquam Christi Vicarius Ecclesiam militātem eius nomine visibiliter gubernet, non tamen praebens illiū internū gratiae influxum.

Resp. affir.

11.

Potestas ab-  
ter dicitur  
caput Ec-  
clesiae quā  
Christus.

## ARTICVLVS VII.

*Utrum diabolus sit caput omnium malorum?*

**A**FFIRMAT. eò quod omnes malitiā superet & ad peccatum pertrahat suāione &c. vnde patet quod non tam perfectè dicatur caput malorum, sicut Christus dicitur caput Ecclesiae; quia diabolus non potest habere internū influxum in malos, quò ij immediatè a Deo auertantur, & malitiam immediatè influendo.

Breuitè inquiri potest quid hīc intelligatur per diabolū? Caiet. art. sequenti dicit non intelligi vnum singularem; sed ceterum dæmonum. Melius alij intelligunt Luciferum.

Aduerte 1. quod licet diabolus tentet iustos, non sit tamen illorum caput, cum ea tentatio sit hostilis impugnatio, non verò eius cui alter subest, & iusti non possunt dici membra diaboli, sed soli peccatores, qui ratione peccati ei subsunt tanquam capiti, quamuis iisdem dum sunt in viā respiciant etiam Christum tanquam caput modo explicato art. 1. & 3. quia nihil vetat vnum & eundem diuersa consideratione pluribus capitibus politicis subijci.

Aduerte 2. quod licet Christus non sit caput dæmonum & damnatorum ratione interioris influxus gratiae in illos (quod solum vult S. Th. art. 3.) possit tamen dici eorum caput eò quod illis imperet & eos poenis addicat.

12.

Cur diabo-  
lus caput  
malorum.Caiet. putat  
per diabo-  
lum hīc in-  
telligi cet-  
rum omnium  
dæmonum.14.  
Sed impro-  
batur.Quo scilicet  
Christus  
dici possit  
caput dæ-  
monum.

ARTI-



## ARTICVLVS VIII.

*Virum Antichristus possit etiam dici caput omnium malorum?*

**R**ESPONDET posse dici caput omnium malorum quatenus omnes malitia superabit; non tamen posse dici caput tanquam omnes in peccatum petrahens. & quidem quod ratione iam dicta sit caput malorum hominum sentiunt communiter doctores. addunt aliqui posse dici caput omnium demonum excepto Lucifero, sed id est valde incertum, & non videtur ita probabile, cum non videatur reliquos demones malitia superaturus.

Aduerte diabolus esse caput ipsius Antichristi, quia non repugnat caput mysticum esse sub alio capite.

## QUESTIO IX.

*De scientia Christi.*

## ARTICVLVS I.

*Virum Christus habuerit aliquam scientiam, præter diuinam?*

**O**TANDVM S. Tho. nomen scientie à latius usurpare, vt patet ex corpore, scilicet pro qualibet cognitione intellectus humani. Respondet affirmatiue: quæ conclusio intellecta saltem de actu cognitionis est de fide. Prob. ex epist. Agathonis Papæ recitata in 6. Synodo generali actione 4. & approbata actione 8. vbi dicitur: Omnia duplicia vnus eiusdemque Domini saluatoris nostri Iesu Christi esse asserimus, id est diuina eius naturæ prædicamus, diuinam scilicet & humanam. ex quibus & in quibus etiam post admirabilem & inseparabilem unionem subsistit, & vnquamque eius naturam proprietatem naturalem habere confitemur & habere diuinam omnia quæ diuina sunt, & humanam omnia quæ humana sunt absque peccato. Quibus verbis aperte definitur Christum secundum naturam humanam posse exercere actiones ei conuenientes, quales sunt cognitio & volitio, & proinde habuisse vim intelligendi & cognitionem creatam. Videri etiam potest canon 9. Concilij Lateranensis sub Martino I.

S. Tho. probat tribus rationibus. 1. quod alioquin anima Christi fuisset valde imperfecta, vt potest carens magna perfectione ad quam erat in potentia. 2. cum quilibet res sit propter suam operationem, non decuit animam Christi carere scientia creata. 3. anima naturaliter propendit ad cognitionem aliquorum scilicet primorum principiorum.

Adde quod si in Christo non detur notitia creata, non consistat vsus liberi arbitrij & meritum, cum enim regula immediata voluntatis creata sit cognitio, & voluntas non possit ferri in aliquid incognitum, si Christus caruerit notitia creata, dicendum etiam caruisse actu voluntatis creata, & per consequens merito.

Dices id non sequi, quia humana voluntas in Christo poterat dirigi scientia diuinâ.

Resp. negatiue, quia cum immediata regula appetitus sit notitia illi proportionata, non potest dici quod appetitus creatus possit moueri ad actum à notitia increata tanquam ab immediata regula.

Conf. 1. non potest vilo modo afferri quod scientia Dei increata alijs hominibus sufficiat vt ij possint exire in actum voluntatis; ergo neque id dici potest in Christo, cum vnio naturæ diuinæ cum humana in Christo non possit præstare vt diuina scientia aliquid in eo conferat ad humanam volitionem, quod non potest in alijs.

Conf. 2. vnio naturæ diuinæ cum humana non facit vt anima Christi informetur notitia increata, & vt illa notitia dicatur vitali modo procedere ab anima; ergo non potest facere vt anima per illam cognoscat, cum cognoscere sit vitaliter operari, & proinde in se exprimere vitalem imaginem obiecti.

Adde quod licet concederetur animam Christi posse cognoscere scientiâ increatâ, & posse ex illa dirigi ad actus voluntatis eliciendos, non posset tamen negari quin sit connaturalius illam esse præditam notitiâ creatâ, vt potest eius naturæ magis proportionata, & quæ ex nullo capite ostendi potest repugnare animæ Christi Verbo vnitæ. Negari etiam non posset non esse connaturale vt intelligat per scientiam increatam, & proinde dicendum animam Christi habere scientiam creatam, cum ex mysterio Incarnationis non necessariò sequatur illud miraculum, quod scilicet debeat cognoscere per scientiam increatam.

Quæri potest an Christus fuerit præditus scientia habituali? Resp. idem de eo dicendum quod de alijs hominibus dicitur.

## ARTICVLVS II.

*Virum Christus habuerit scientiam quam habent beati vel comprehensores?*

**A**FFIRMAT: quæ sententia est communis Doctorum, potestque probari ex cap. 3. Ioannis: Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Quod commodè explicatur secundum humanitatem, quasi dicat Christus, testor ea in quantum homo quæ vidi etiam in quantum talis, scilicet per claram Dei visionem. Ioannis 12. Vbi ego sum illic & minister meus sit. Quo loco etiam videtur agi de clara visione, quâ Deum videt etiam secundum animam, & quam suis ministris promittit tanquam præmium.

Idem potest ostendi ex Patribus qui censent Christum fuisse gratia præditum. nam gratiam comitantur virtutes & dona supernaturalia tanquam morales proprietates, inter quæ visio beatifica præcipuum locum obtingit, igitur Christus eâ præditus est. Conseq. prob. quia decuit eius animam habere virtutes & dona, quæ non erant ob futura redemptioni generis humani.

Conf. Christus fuit principium & causa gloriæ saltem hominum; ergo fuit consentaneum vt eadem gloria esset præditus, cum eius anima non minus sit capax tantæ perfectionis quam animæ aliorum hominum, & non sit peculiaris ratio ob quam illi negari debeat.

Porro hæc ostendunt eum clare vidisse Deum etiam dum in terris versaretur. quod confirmatur etiam ex eo quod in via fuerit doctor & sublimis mysteria homines docuerit; ergo illa perfecte cognouit.

Christus non potest dirigi in operationibus humanis per notitiam increatam.

4.

Dubiū proponitur & soluitur.

5.

Resp. affir. Prob. ex Ioan. 3.

Ioan. 12.

Prob. ex Patrib.

6.

Christus viator filius & comprehensor.

H

cognouit.